



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Frumenta.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

412      *Pars secunda de elevatione  
altiora studia, sublimioresque scientias profi-  
tetur, etiam scholæ piae oriri possunt. Sed  
consideranda est in utroque sensu & physico &  
moralı causa, modus, &c. abscissionis palmi-  
tum à vite.*

*Frumenta.*

**N**isi granum frumenti cadens mortuum fuerit,  
ipsum folium manet. Si autem mortuum fu-  
erit, mulum fructum adfert. Joan. 12. Scilicet  
Christus pro nobis mortuus, & quilibet sibi ac  
mundo moriens. Cum crevisset herba, & fra-  
ctum fecisset, apparuerunt & zizania [errorum  
infidei, malorum morum] inimicus homi  
(Diabolus cum suis emissariis) hoc fecit. Sinit  
utraque crescere usque ad messem [bonos & ma-  
los usque ad tempus mortis judicii] & tunc di-  
cetur messoribus: Colligite primum zizania, &  
alligate in fasciculos (hi varias peccatorum spe-  
cies complectuntur) ad comburendum. Tri-  
cunum autem (Electos) congregare in horreum  
meum. Matth. 13. Cælum.

*Herbe.*

**H**omo exiguævi. Mane (in pueritia) sicut  
herba transeat. Mane (in juventute) flo-  
reat, & transeat (in virili ætate) Vespere (in  
senectute) decidat, indureti & arefcat. Ps. 59.  
Dies mei sicut umbra declivaverunt, & ego sicut  
fœnum arui. Ps. 101. Væ vobis Plearisatis, quia  
deci-